



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 17. Bohemorum consultatio de Oratoribus ad Synodum mittendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. *prædicta deliberatio* (suorum Prælatorum
A.C. 1432. *tam laudabilis per rei executionem munus*
illucescat, atque Galliæ Episcopos, suos
 que Legatos mittat, ut horum præsentis
 Synodus numerosior facta, securius com-
 muni Christianæ Religionis bono pro-
 videre valeat. Hinc Synodi Patres pri-
 miter adhortati sunt Ecclesiæ Gallicanæ
 Prælatos, ut Basileam accedere festina-
 rent. Eadem perscripserunt ad Trimo-
 lium, qui tum apud Regem auctoritate
 & gratia nulli secundus erat, necnon ad
 Reginaldum Rhemensem Archiepisco-
 pum Franciæ Cancellarium, & ad Archie-
 piscopum Lugdunensem, qui eo tempo-
 re Nuncii Apostolici munus obibat. Hinc
 Synodus rogabat, ut dimissa legatione
 sua, utpote fructu vacua, Basileam quam-
 primum adiret; ejus quippe exemplo
 mox alios certatim accursuros. Verum-
 tamen Archiepiscopum, cum operam
 suam magis regno, quam Synodi rebus
 necessariam esse judicasset, Gallias non
 reliquisse, constat ex quadam ejusdem E-
 pistola ad Lausanensem data.

§. XVII.

*Bohemorum consultatio de Oratoribus
 ad Synodum mittendis.*

Vid. supr.
lib. CV. § 89.
§ 90. Bohemi hærebant dubii, utrum literis,
 quibus non solum a Synodo, sed etiam

tiam ab Imperatore ad Synodum venire, Sæcul. XV.
 legatosque suos Basileam mittere roga- A. C. 1432.
 bantur, morem gererent. Quapropter Æn. Sylv.
 Egram conveniunt, hac super re delibe- Hist. Boh.
 raturi. Primo quidem maxima inter c. 49.
 eos erat animorum dissensio. Orphani
 enim, & Taboritæ, imo plebs ferme tota,
 nec Basileam eundum, nec eo quosdam
 Oratores esse mittendos censebant, ac
 Joannis Hussi, necnon Hieronymi Pra-
 genfis exemplum in medium profere-
 bant, conquesti, ambos sub fide Sigis-
 mundi Constantiam ad Synodum profe-
 ctos, ad rogam tamen tempore Concilii
 Constantiensis damnatos fuisse. Attamen
 Mainardus Princeps Novædomus * tota * Neuhaus
 que Nobilium corona alterius longe e-
 rant opinionis, proponentes: *Nullatenus*
tolerandos videri, qui novas peregrinasque
de fide sententias, novumque ritum Religio-
nis invenissent, nisi dictorum, factorumque
rationem universali Ecclesiæ redderent, &
quæ vulgo inculcaverant, coram doctis de-
fenderent. Prævaluit horum sententia, &
 communi omnium consensu decisum, ad
 Synodum mittendos esse Legatos. Inter
 eos, qui nomine Nobilitatis decerneban-
 tur, præcipui erant Guilielmus Coska, &
 famosus ille Procopius: nomine autem
 Cleri mittebantur Joannes de Rochiza-
 na & alii duo, qui tamen nonnisi obten-
 tis

Sæcul. XV. tis prius amplissimis securitatis literis
A. C. 1432. iter aggressi sunt.

§. XVIII.

Sessio quarta Concilii Basileensis.

Igitur ad Bohemos mittuntur literæ, pu-
blicæ fidei testes, quæ in Sessione se-
quenti, ordine quarta, ac feria sexta die
vigesima Junii eodem anno celebrata,
jamjam debita forma conceptæ erant.

§. XIX.

Securitatis sponso Bohemis data.

Lab. Conc.
tom. 12. p.
482.

Hæ literæ erant velut publica decla-
ratio, qua Patres omnibus & singu-
lis de regno Bohemiæ, de Marchionatu
Moraviæ, de Praga, & aliis locis, cur-
tisque Sacerdotibus, Baronibus, No-
bilibus, tam Ecclesiasticis, quam sæcu-
laribus, ad Synodum generalem Basi-
leam mittendis significabant, quod ad
dictum Concilium, quotquot volue-
rint, non tamen supra numerum du-
centarum Personarum, venire possint;
eisque Synodus per præsentem saluum
conductum verissimam securitatem
spondebat, simulque ibidem morandi,
de negotiis sibi commissis tractandi,
concludendi, & terminandi plenissi-
mam impertiebatur libertatem. Præ-
terea